

Q.K.386.18.

Hn  
634

CAROLVS MAGNVS,  
PRINCEPS GRAECE ET LATINE  
DOCTVS,  
AC IN SAXONIA INFERIORE ET RELI-  
QVA GERMANIA PRIMVS VTRIVSQUE  
LINGVAE PARENTS.

QVO ARGVMENTO,  
CONSVETAM EXAMINIS AVCTVMNALIS LV-  
STRATIONEM IV. IDVVM OCTOBRS, ET SE-  
QVENTIBVS DIEBVS ANTIQVO RITY  
CELEBRANDAM,

VENERABILI  
**EPHORORVM**  
**COLLEGIO,**

CONVOCATIS IN HONORATAE PRAE-  
SENTIAE PARTES  
VTRIVSQUE FORI, TAM IN CVRIA,  
QVAM ECCLESIA, PATRONIS, ET LIT-  
TERARVM AMATORIBVS,

DECENTER INDICIT

M. IOANNES DOPPERTVS, Rector  
SCHOLAE SNEEBERGENSIS.

IMPRESSIT HENR. FVlda.



2. V. 1850. 2.

CAROLI MAGNUS  
FRANCIS GRAECIE ET LATINE  
DODICIS  
AS IN GREEK HISTORY ITSELF  
OF GERMANY HISTORICAL  
HISTORY OF  
GEOGRAPHY  
COPPER ENGRAVINGS  
CONTAINING THE  
LITERATURE  
VAN DER  
ERHÖLGRUM  
GOTTEGIO  
CONSGATIA IN HONORATE PRAE  
MUNICIPALIS  
A MUNICIPALIS  
CIVILIS  
TRANSMISSIONES  
DESENTER INDIC  
M. IACINUS DOPPRTAS, PRAESES  
SOCIETATIS IMPERIALIS  
PERPETUAE HERB. EDITION

**C**arolus cognomine magnus, heros in sui saeculi admirationem natus, post magna & excelsa fortitudinis specimina, devictis antea Longobardis, Saxonibusque ad obsequendi pietatem redactis, in tantum extulit fastigium Francorum nomen, ut exteris Principibus esset admirationi, et ab universa Europa ipse Monarcha, tanquam gloriosus antiqui imperii et factorum vindex, salutaretur. Cum belli gloria politam pacatamque doctrinam coniunxit, auctor que exstitit, ut passim inter Vestphalos statuerentur seminaria, in quibus iuventuti humaniores proponerentur litterae, iuvenumque mentes cognitione utriusque linguae imbuuerentur, et vel ideo ad Graecorum respexit sermonem, quo arctius cum Graecis stabiliret commercium, postea per nuptias inter utrumque Imperatorum stemma latius disseminandum. Io. Horrion, Loiolita, iuratus Romanae aulae affecta, in oratione Panegyr. ipso die natali Academiae Paderbor. THEODORO FÜRSTENBERGIO, tunc sedis Antistiti, Principi et Academiae fundatori oblata p. 4. sic praesens circumscribit argumentum: itaque iis tabulis, quibus primam in Vestphalia Episcopalem Ecclesiam Osnabrigi collocat, diligenter sanxit, ne unquam in ea Latinarum, Graecarumque litterarum studia intermitterentur, quod inde, conciliatis aliquando nuptiis, potissimum sibi placeret, quondamque ex usu et dignitate Reipubl. fore, legatum decernere in Orientem. Quare prudentissimus Imperator satis ostendit, quid iam tum sibi de Vestphalorum ingenii polliceretur, quos primum efflorescentes arbitraretur, in luce ipsius facundiae, omnisque liberalis scientiae inventricis Graeciae, iis ipsis artibus, quas illa maxime videntur.

ditare solet, totius Occidentalis imperii dignitatem tueri  
et illustrari posse. Eminet ergo inter scholas in Saxonia  
inferiore a Carolo erectas schola Osnabrugensis, fun-  
data D. CC. IV. prope castrum s. arcem Vittekindi,  
et Graecis pariter ac Latinis litteris dicata, qvam ut  
amoenum sapientiae hortum, et oculum doctrinarum  
inter Saxonas praedicat Albertus Crantz, scriptor  
fide dignus, et in patriae antiquitatibus eruendis lu-  
culentus in Metropoli L. 1. c. 2. De Canonicorum  
Collegiis per Carolum utriusque linguae causa pa-  
sim institutis, qualia Moguntiae, Coloniae, Treviris,  
Salisburgi et Tiguri, cuius Collegium hodieque Ca-  
rolinum nuncupatur, floruisse annales commemorant,  
itidemque de Collegiis Abbatiarum insigniorum, utpo-  
te Fuldensis, Hervordiensis in Westphalia, Corbeien-  
sis ad Visurgim, Lindaviensis ad lacum Aeronium, do-  
cte agit, et pro munere sagacis historici Fridericus  
Spanhemius, Hist. Eccl. saec. IX. tandemque com-  
memorationem, intericto prudentiae sale, his conclu-  
dit verbis: nec illa alio instituto, qvam ut in bonis  
litteris et sacra disciplina, ac praecipue in sanctis scri-  
pturis instruerentur, qui deinceps initiandi sacris or-  
dinibus essent clerici, vitae genere ad regulas Bene-  
dicti compuso, ac legibus severioribus adstricto,  
freqventibus exercitiis pietatis. Sed mox Collegia il-  
la in Canticum Missalium scholas, in luxus officinas  
et pompa mundanae, vivo iam Ludovico Pio, the-  
atra abierunt, reformatione neqvicquam tentata.  
Monasteria vero in foedos carceres, et desidiae, igno-  
rantiae, ac superstitionum latibula desiisse, res ipse  
contestantur. Ipsum Carolum Graecam calluisse lin-  
gvam, eamque cum Latina feliciter coniunxisse, te-  
statur Eginhartus, cuius testimonium profecto gravi-  
gau-

gaudet pondere, cum intime et intra sacros Cancellos cum Carolo versaretur, eiusque arcana penitus lustraret. Non patrio, inquit, tantum sermone contentus, sed etiam peregrinis linguis ediscendis operam impedit, in quibus Latinam ita didicit, ut aequa illa ac patria lingua orare sit solitus. Graecam vero melius intelligere quam pronunciare poterat. Eginharti verba sic illustrat Nobilissimus ac inter Cattos per celebris Polyhistor et Consiliarius Domin. Schminckius pag. 116: Nonnulli ex recentioribus se Carolum ad Caelum evehere putant, si inaudita quaevis et magna ipsi tribuant; narrant enim, Carolum accurate locutum fuisse Graece, contra disserit Eginharti verba, Latine, Hebraice, Arabice, Scotice, Gallice, Germanice, Belgice, pluresque alias lingvas. Sed has fabulas Auctoribus suis relinqvo, cum nemo veterum ullam de tot linguis faciat mentionem. Alcuini negotiis et sationibus Carolus benignam praebuit aurem, qui heros sapienter prospexit, non nisi his litterarum deliciis veterem posse extirpari barbariem, quae in ordine sacro tam altas egerat radices, ut Patres Synodi Turonensis III. sub Carolo A. DCCC. XIII. celebratae statuere cogerentur Canone XVII. ut quilibet Episcopus haberet apud se Homilias, continentes necessarias admonitiones etc. Et ut easdem Homilias quisque aperte transferre studeat in Rusticam Romanam Lingvam, aut Theotiscam (Germanicam) quo facilius cuncti possint intelligere, quae dicuntur. Breviter ac strictimi vitam Alcuini et in litteras merita, ut Caveum et alios omissam, recenset Casimirus Ovidius in Comment. de Scriptoribus Ecclesiast. Tom. I. pag. 1923. quem Scriptorem mira industria effulgenter, sed in Caveum minus

minus aeqvum, nuper ex singulari propensione in M-  
fas et studia liberalia pluteis meis donavit Amplissi-  
mus Civitatis nostrae Senatus, qvod munus uti conde-  
cens meretur elogium, sic a me Cliente nulla ratione  
potest secure silentio committi. Manet ergo gloria in-  
stauratae inter Saxonas et reliqvas Germaniae gentes Ca-  
rolo, qvi Princeps non tam titulo, ut loqvar cum Caveo,  
qvam revera Magnus extitit, meliori aeo et longiori vita  
dignus; dubium pietate an maiestate illustrior: in bonis  
litteris non infelicem progressum fecerat grecce latine-  
que doctus, adeo facundus, ut etiam didascali mu-  
nus, Eginharto teste, subiisse appareret. Puteani  
elogium, quo Caroli mactat merita, nullus delebit  
livor, nec temporum caligo obfuscabit: vir fortior,  
an felicior Carolus extiterit, dubites; dignus, qvi ma-  
gni cognomen accepit, pugnando strenuus, vincendo  
clemens, regendo pacificus. Armis conciliisque rem  
Christianam constituit, et parem pace laudem pro-  
meritus, litteras doctrinamque iam exoletam Christianis  
reddidit. Ergo quod adhuc Latini sumus, quod  
barbariem exuimus, Carolo debemus. In Hist. In-  
subr. pag. 216. Caroli in litteras amorem paucis et-  
iam contingit Iacobus Carolus Spenerus, publicus hi-  
storiarum Doctor Vitembergae, et gloriae paternae  
aemulus auspicatus, in historia Germaniae universal.  
Parte I. p. 260. sic tandem concludens historiae ne-  
xum: laudabiliter haec omnia Principes: modo non suc-  
cessu optima consilia caruissent. Ad stipulatur I. H. Hot-  
tingerus Parte I. H. E. p. 556. et in schola Tigurinorum  
Carolina, quae prodiit Tigurii 1664. Quapropter meliore  
iure Sanctorum numero inseri meruit et Carolus, qvam  
tot alii Reges et Reginae ob meras superstitiones ignaro  
Clero acceptae; sed qui fucos Romanae Aulae interna-  
scit

scit, vanas omittendi causas facile subolere poterit,  
qvas sat liberali penna mundo proposuit celebrissimus Fridericus Spanhem. Hist. Christianae saeculo  
IX. pag. 1338. Neque tamen, inquit, in Romanum  
Martyrologium inferri Caroli nomen Pontificibus  
placuit. Praetextus Baronio est ad annum D. CCC. XIV.  
n. 63. quod coniugalem Sanctitatem concubinarum  
introductione foedaverit. Quod falsitatis arguunt i-  
psi Francorum annales, et nuper Natalis Alexander  
Tom. XV. c. VII. art. I. uxores non concubinas in-  
terpretati, quas superinduxit post Luitgardis obitum  
coniuges, sextam, septimam et octavam. Verae causae  
non Canonizati Caroli, ritu Pontificio, praeter-  
quam a Paschali Antipapa A. MCLXI. hae fuerunt:  
1. impugnata a Carolo omnis Iconodulia Libris IV.  
de imaginibus et in Concilio Francofurtano, invi-  
to Hadriano I. 2. Paparum auctoritas coercita, et ius  
sibi vindicatum, pientissimorum Regum ad exemplum,  
fanciendi leges, seu Constitutiones Ecclesiasticas, qvoad  
Doctrinam Disciplinam et Ritus. Traditur quidem a  
Besselio, Vernerio Rollevinckio et Aventino testibus,  
Carolus a Papa Zacharia praefente Friderico I. Impe-  
ratore, A. 1166. Indict. 14. caelitum choro addictus;  
Verum non tam Zacharias, quam potius Paschalis  
III. Antipapa, Carolum in numerum divisorum recepit,  
de quo actu latius agit Bollandus in actis Sanctorum ad  
XXVIII. Ian. Tabulae Aquisgranenses et Ecclesiae Gal-  
licanae Carolum etiam inter Sanctos ostendunt, ast sine  
praevio Romani Praefulis consensu, et vel ideo irrito co-  
natu. Produnt annales Benedict, et contra Bellarminum  
propugnat Mabillonius, non Sibertum, sed Ulricum,  
Antistitem Augustanum primum inter Germanos fuisse,  
qui Divi elogio a Ioanne XV. A. 993, condecoratus fuerit,  
et

14110 634 X 338 1215

et usque ad A. 1000. quemlibet Episcopum canonisandi  
solennia exercuisse, populo consensum praebente; sed re-  
cens creatos Sanctos tantum intra Dioeceses valuisse, ho-  
norisque pretium a suis cultoribus reportasse. Mabillo-  
nius praef. ad Annal. a. §. 87. ad 107. ex eo celeberrimus  
Tigurinorum historicus, et Evergeta meus singularis, Io.  
Iacobus Hottingerus, T. I. Hist. Eccles. Hel. p. 809. His  
apponatur Io. Albertus Fabricius p. 269. Bibliograph. An-  
tiq. Vt ergo in deliciis tulit Graecas et Latinas  
litteras Carolus, sic omnis posteritas, ab ineptiis Scho-  
lasticorum, et scoriis cerebri crassioris vacua, semper  
has lingvarum matres, qvibus totum superstruitur sa-  
cientiae aedificij, excoluit, idque instituti etiam Pa-  
trum nutu in nostra semper remansit schola, qvae gna-  
viter adhuc urget cultura in utriusque linguae, ridiculas-  
que garriendi, et pro saeculi vanitate gesticulandi ine-  
ptias merito proscriptit. Qvousque in utriusque lin-  
guae exercitio, inqve aliis disciplinis iuventus nostrae  
scholae profecerit, crastinus dies et seqventes expanden-  
t, in qvibus Examini solennitas priscotum more  
rite peragetur. Scholae Collegium sibi pollicetur  
benevolum Patronorum accessum, qvod omnibus vi-  
ribus pro novo amoris documento eo connitetur, ut  
gratum se acceptumque praebat Ephoris ac Patro-  
nis, qvorum curam et industriam etiam tristis flam-  
ma reddidit luculentam, magisque luculentiorem red-  
det novum Musarum domicilium, qvod in sempiter-  
nam vrbis, Senatus et litterarum gloriam ex cineri-  
bus stat erectum, et ut Phoenix renovatus splendidi-  
ore habitu gloriatur, ab hinc et illinc Musarum coe-  
tu errante propediem, qvod faxit caeli clementia,  
incolendum. P. P. Dominica XIX. post Triados  
solennia. MDCCXXII.

25 (o) 26

# Farbkarte #13



B.I.G.

LVS MAGNVS,  
GRAECE ET LATINE  
DOCTVS,  
ANIA INFERIORE ET RELI-  
ANIA PRIMVS VTRIVSQUE  
NGVAE PARENTS.

ARGVMENTO,  
EXAMINIS AVCTVMNALIS LV-  
V. IDVVM OCTOBRIS, ET SE-  
S DIEBVS ANTIQVQ RITV  
CELEBRANDAM,

NERABILI  
ORORVM  
LEGIO,

IN HONORATAE PRAE-  
SENTIAE PARTES  
FORI, TAM IN CVRIA,  
LESIA, PATRONIS, ET LIT-  
RVM AMATORIBVS,

ECENTER INDICIT

ES DOPPERTVS, RECTOR  
OLAE SNEEBERGENSIS.

SIT HENR. FVlda.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



II n  
634